



**Duo Tractatus**

**Moneta, Giampietro**

**Marburg, 1628**

V. Quibus pœnis affiantur non solventes Decimas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)

etiam de iis quæ sibi debentur de jure divino, certe he-  
que privilegium valer contra jus divinum, ut suprat.  
§. concl. 2. demonstravimus, neque decimæ omnino de  
jure divino sunt, ut sepius in hoc tractatu ostendimus;  
sed illa ratio esse potest, quia favorabilius est privile-  
gium, & compositio, & facilius probari possunt, quam  
præscriptio, vel consuetudo.

## QUARTA CONCLUSIO. Debitor decimarum

61 non potest † prætextu ejus, quod sibi debetur, decimus  
denegare, cum in futuris decimis non admittatur co-  
pensatio, ut post gl. in c. decima. 16. q. 1. & alios late tra-  
62 dit Rebus. d. tract. q. ult. num. 19. Imo neque † proper  
sterilitatem, ut fuse ostendit idem numer. 12. & Vivi. in  
communi opin. 153. ver. consuetudo non solvendi.

QUÆRO QUINTO. Quibus pœnis afficiantur non  
solventes decimas?

Omissis aliis pœnis, & incommodis, quibus affici-  
63 untur † non solventes decimas, de quibus per Host. in  
summa, tit. de decim. Doct. in c. fin. de decim. in 6. clem. I.  
c. 1. & c. revertimini, 16. q. 1. & toto tit. ex eodem. Rebus.  
d. tract. q. ult. & Andr. Hisp. d. tract. reg. decimarum. q.  
2. & 9. Anast. Germon. in jam sapius alleg. tract. de sato.  
immunit. c. 19. num. 100. & 101. & Petrus Greg. Tho-  
los. in prælud. optimi Iuriscons probiq. magist. libr. 2. cap.  
25. Ego contentus ero duabus pœnis canonicis excom-  
municatione nimicum, & privatione ecclesiastica se-  
pulturæ, de quibus aliquot constituam conclusio-  
nes.

## PRIMA CONCLUSIO. Non solvens decimas, cum

64 teneatur, excommunicari † potest, ac debet; tex. int.  
omnes decimæ, 16. q. 7. c. statuimus, 16. q. 1. c. pervenit, c. ad  
her, c. ex parte, il. 2. c. in aliquibus. & c. cum non sit, de de-  
cim. clem. dispendiosam, de jud. & novissime in Concil.  
Trident. sess. 25. o. 12. de refor. in quibus omnibus jur-  
ibus cum pœna excommunicationis solum commina-  
ta sit, neque alibi reperiatur ipso jure proposita, dicen-  
65 dum † necessario est, non solventes decimas non esse  
ipso jure excommunicatos, quicquid dicere voluerit

Rebus

Rebus d. q. ult. n. 15. & Hispan. d. q. 2. num. 2. per c. 2. de rebus eccles. non alien. in 6. ubi tamen nihil habetur de decim. sed solum excommunicantur laici, qui † com- 66  
pulerint Prælatos ad submittendum bona immobilia,  
& jura ecclesiæ laicis ipsis. Neque concludit illa ratio,  
quam iidem afferunt, quod sacrilegus † est excommu- 67  
nicatus, c. canonica, 11. q. 3. & c. omnes ecclesiæ, 17. q. 3. de-  
tinens autem decimas † sacrilegii crimen committit, 68  
c. in canonibus, 16. q. 1. & c. 1. 16. q. 1. quare erit is ipso ju-  
re excommunicatus; Nam neque sacrilegi omnes sunt  
ipso jure excommunicati, sed solum violatores ecclæ-  
siatum; quomodo loquuntur dicta jura, & not. gloss. d. c.  
canonica, neque decimas denegantes sunt propriæ sa-  
crliegi; cum quia illa jura loquuntur de dispensanti-  
bus decimas præter Episcopi conscientiam, & de laicis  
possidentibus decimas, hoc est, jus decimandi, tu quia  
impropriæ sacrilegium committere dicuntur, ex eo,  
quia non aliquid ecclesiæ proprium detinent, sed so-  
lum illi debitum, ut loquitur tex. in c. parochianos, de  
decim. Neq; sunt ecclesiæ quoad dominium, nisi post  
separationem, ut ex eodemmet Rebus ostendimus hoc  
eod. cap. q. 2. concl. 2.

**SECUNDA CONCLUSIO.** Excommunicatio hæc  
ferri debet † monitione præmissa; ita disponit tex. in d. 69  
c. omnes decima, 16. q. 7. & c. per venit, de decim. not. gloss.  
fin. in c. tua nobis, eodem, gloss. in clem. dispendiosam, in  
verb. pramoniti, & verb. coerceri, ubi ceteri de judic.  
Marches d. c. 4. nu. 2. post Abb. in c. per venit, nume. 3. &  
ibi Anchar. de decim. Et regula est in c. sacri. ubi Doct. de  
sent. excom. quod † sententia excommunicationis ferri 70  
non debet, nisi præmissa canonica monitione, & com-  
petenti, † quæ trina est, c. contingit, il. 2. eodem, cum con- 71  
cord. ibi positus, cum aliquo dieturum intervallo, nisi ali-  
ter necessitas postulet, ut disponitur in c. constitutio-  
nem, eod. tit. in 6.

**TERTIA CONCLUSIO.** Quamvis in his literis  
communitariis excommunicationis non teneatur ju-  
dex † apponere clausulam illam, nisi causam rationa- 72  
bilem

bilem volueris allegare, ut post Laud. tradit Card. d.

73 clem. num. 28. debet tamen † vel recipere aliquam informationem, quod possessiones sint in parochia, ut post Laud. docet idem Card. d. clem. num. 27. vel format literas conditionales, ut quia in iis narretur, decimas non esse solutas, & subjicietur, quod si verum est, monet, ut solvat tam preteritas, quam futuras, cum tempus erit, alias excommunicabit, & adjiciat clausulam, quod si senserit se gravatum, veniat ad docendum, &c. ut tradit Card. d. nu. 28. Alia de his literis videre poteris apud Doct. d. clem. dispensiosam.

QUARTA CONCLUSIO. Is, qui solvere teneruntur

74 decimas, neq; eas solvit, aut restituit ecclesiæ, † debet ecclesiastica sepultura privari; tex. in c. prohibemus, de decim. ubi gloss. Abb. & alii, qui tamen textus potius loquitur in laicis sibi usurpatibus jus decimandi, sed de non solventibus apertet enet Rebuf. d. tract. de decim. q. ult. nu. 16. Andr. Hispan. d. tract. reg. decim. q. 2. nu. 8. Et ratio esse potest, quia eas derinent cum animarum periculo, ut dicitur in d. c. prohibemus, & c. 1. 16. q. 7. & notorie delinquunt, ut notant Doct. in d. clem. dispensiosam, qui autem in notorio peccato, & publico dec-  
75 dit, † privandus est ecclesiastica sepultura, opt. tex. in c. pro obeuntibus. ubi gloss. 13. q. 2. alia gl. in c. non astime-  
mus, verb. omnibus, ead. ca. & q. & in c. ex parte, il. 2. ubi  
Io. An. & in c. ex parte, il. 1. de sepult. Hisp. d. tract. vers.  
decima est jure naturali, n. 18.

QUÆRO ULTIMO, An superior, & judex procedere possit ex officio in causa decimarum?

PRIMA CONCLUSIO. Judex potest ex officio  
76 procedere † contra non solventem decimas, tanquam contra notorie delinquentem; ita Anch. d. clem. dispen-  
siosam, num. 4. Imol. num. 7. Card. numero 28. Capr. nu. 23. sumet tamen prius informationem, quod talis sit subditus, & quod illa prædia sita sint in parochia illius Rectoris; ita Imol. & Capr. locis citatis.

SECUNDA CONCLUSIO. Visitator si Episcopus  
77 sit, sive Episcopus in visitatione, † poterit cogere sub-  
ditos